

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Conradus Isserstedt

**[...] Hoc Est Exercitatio Sacra, Continens Quorundam difficultum Scripturae
Ebraicae locorum & vocum explicationem**

Rostochi[i]: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738069582>

Druck Freier  Zugang



Kirt. ; d. Gmündt

A. Vercinus
R. H. theol. 1646.

בָּרוּךְ
בַּקְיָה קְדוֹשָׁה
HOC EST

EXERCITATIO SACRA,

Continens

Quorundam difficilium Scri-
pturæ Ebraicæ locorum & vocum
explicationem,

Quam

D E O Optimo Maximo annuente,
IN INCLUTA ROSARUM

S U B

PRÆSIDIO

Clarissimi & Excellentissimi Viri

DN. M. AUGUSTI VARENII,
Sanctæ Linguæ P. P.

*Publico Eruditorum Examini
subjicit ventilandam*

CONRADUS Isserstedt / Erf. Thuring.
Auth. & Respondens,

*Habebitur in Auditorio majori ad diem 18. Julij
boris matutinū.*

••• (***) •••

ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. ANNO 1646.



Positio I.

Nomen אלֹהִים non competit Sacerdotibus qua Sacerdotibus, i.e. quatenus ministerio sacro vacant.

Ansam huic quæstioni dat nobis locus
ille insignis Exod. 22, 28. collatus cum loco Act. 23, 5.
אלֹהִים לא הקל ונשוא בעמך לא תאר
& imprimis אֱלֹהִים, qui ita adhuc locum commen-
tar: יְהוָה דָּנִים וּם חֲכָנִים בְּנֵי לְוִי.
Antequam autem quæstionem hanc aggrediamur,
de ipsa voce nobis aliquid præmittendum erit. Singularis ejus est אֱלֹהִים,
qui reperitur passim in scriptura, Deut. 32, 17. Hab. 3, 3. & aliquoties in
Jobo. Volunt autem Hebrei nomen hoc esse nomen judicii, unde &
in libro litera נַד fol. 1. 2. citante Buxtorfio in Lex. legi-
tur: **אֱלֹהִים** רְשָׁפֵט יָצָא לְרַחֲמִים גָּקְרָא יְהוָה יְאָמֵן
h. e. Quando sententia egredi-
tur ad clementiam, tunc vocatur יְהוָה יְרָא, (i.e. tribuitur ei nomen
quando autem egreditur ad judicium, (i.e. rigorem justitiae) tunc tribui-
tur Deo nomen אֱלֹהִים. Ut ita juxta hebreos per Elohim notetur do-
minus judicii vel coelestis, בָּתֵּן דָּרוּם שֶׁבֶשְׁפִּים, quæ nihil aliud vetustis
hebraicis fuit, quam S. S. Trinitas, ut impie nostri & superiorum seculo-
rum Judæi de Angelis illam traditionem explicit: vel terrestris, cuius
quæ ratio fuerit optime explicat Buxtorf. junior in abbreviaturis he-
braicis p. mihi 17. 'Triplex erat inquit consistorium apud Judæos par-
vum magnum & maximum. Primum constabat tribus personis, institu-
tumque erat in locis ubi pauciores quam centum & viginti
בְּעָלִי בְּיֹתְרִים
erant, & occupabatur circa דֶּבֶר מִפְּנוּת res pecuniarias Alterum consti-
tuebat persona 23. eratq; in in locis ubi 120. & plures etiam patres familias
habitabant, versabaturq; circa דָּנוּר נְפָשָׂוּת & peragebatur in portu ur-
beos vid. Deut. 16, 18. Tertium erat maximum Judæi גְּדוֹלָה dictum & constabat personis 70. &
uno capite. Ejus expressa ratio fundatur Num. ii, 16. 24. 25. ubi & ipsius

Dei mandatum de tali concilio congregando & ejusdem executio persticue
traduntur. Confer 2. Chron. 19, 8. Praefectus hujus Synedrii erat Mosche &
post ipsum Sacerdos summus, iudeu ob hoc officium vocatus
רָאשׁ הַיּוֹרְבָה, qui autem inter LXX. pra reliquo erat **praefectui ad-**
jungebatur, ipsiq. sedebat à destris, & nominabatur אֲבִ בֵּית רַיִן. Quo-
modo autem celebratum & qualis processus in eo fuerit vid. Buxt. d. I.
Tribuitur vox hæc I. proprie & **מְצֻוֹת** Deo tam in singulare, quam plu-
rali numero Deut. 32, 15. Psal. 114, 7. Est enim supremus omnium Judex,
notariq; in eo non solum רְבָבוֹ כָּבוֹד ut Rabbini, & qui cum ipsis tab-
binizant, volunt, sed etiam רְבָבוֹ פָנִים. II. Metaphorice & **דְּבָרֶתֶת**
creaturis tantum in plurali numero, & quidem I. Angelis Psal. 8, 7. Psal.
97, 7. ubi quoad primum locum confer Hebr. 2, 7. & quoad secundum
Hebr. 1, 6. 2. judicibus ac magistratibus, quod Dei in administranda ju-
stitia legati & vicarii sunt Gen. 6, 2. Exod. 21, 6. ubi אלהי = Chald
per רְבָרְבָרִיא Psal. 82, 1. 6. vero per דְּבָרְבָרִיא reddidit. III. **מְגַזְעָנִים**
אֱלֹהִים, Idolis, quæ à suis cultoribus pro Diis habentur. Jol. 23, 16. Exod.
22, 19. vid. Flac. Clau. scrip. part. I. Col. 220. 221. Rev. Dn. D. Glass. Phi-
lolog. S. lib. 5. tract I. c. 10. p. 214 & Dn. D. Watt. in suo
part. 2. controv. 19. p. 313. Ex quibus jam patet, quid per אלהים in lo-
co citato intelligatur, nempe domus judicii terrestris, seu parvi sive ma-
gni vel etiam maximi, vel etiam Judex & magistratus, ut Chald. hunc
locum vertit. Cum ergo Sacerdotes proprie judges & magistratus non
sint, luculentter patet, ipsis nomen hoc אלהים quatenus sunt sacerdo-
tes, seu quatenus sacra administrabant, non competere, sed tantum qua-
tenus populum ex lege judicabant. vid. Deut. 17, 8. 9. 10. Argumentum
potest esse tale: Illi dicuntur אלהים qui proprie sunt judges & magi-
stratus. Atqui Sacerdotes, quæ Sacerdotes, non sunt proprie judges &
magistratus. E. Major ex dictis patet. Minor in confessio est. Ergo con-
clusio stat immota. Falsus proinde est Vorstius in Not. super disp. 2. de
Deo, qui Drusium falsitatis arguit, quod in libr. suo de Elohim statuerit
Sacerdotes & prophetas, aliosq; verbi divini ministros nunquam absolu-
te, quatenus scilicet sacra administrant, & cultui divino vacant, in scri-
ptura vocari. II.

אלֹהִים non fuit sacrificium.

Vocem **פסח**esse à פֶסַח transiliit, dubium nullum est, quod in illa
famosa

פֶּסַח עַל בְּתֵי מִצְרָיִם, apud Israelitas qui-
dem פֶּסַח at apud Ägyptios הַמְלָט פֶּסַח והשְׁחִירָה. vid. hac de re
Exod. 12, 13, 23, 27. Esa 31, 5. quibus locis si unus ad huc ex. i. Reg. 18, 27.
addatur, jam omnia habemus loca, in quibus est forma פֶּסַח. Hinc igitur חַדְשָׁה & græcum πάσχα: illud 43. in V. hoc 29. in N. T. occurrit,
nunquam simpliciter notans transitum, sed semper i. vel agnum illum,
qui die illo solemnibus ceremoniis & ritibus mactabatur & comedebat-
tur, Exod. 12, 11. & 21. Marc. 14, 12. Luc. 22, 7. 15. vel 2. festum illud so-
lemnne & anniversarium ab ipso Deo institutum, & ab Israelitis in me-
moriā miraculōsae ex Ägypto liberationis celebratum. Lev. 23, 5.
Num. 9, 2. 2. Paralip. 35, 1. Joh. 6, 4. ἦν δὲ ἐγγός τῷ πάσχᾳ οὐ ἑορτὴ τῶν
ἰερᾶίων, sic quintum pascha σευκώσμον, quod ultimum fuit Domino
ἐν ἀνθρώποις πλατύσομέν φησι, expresse illo nomine salutatur Matth. 26,
2. vel 3. agni paschalis antitypum, Christum i. Cor. 5, 7 Ubi simul nota-
mus vocem græcam πάσχα male à quibusdam de rivari χρήσι τῷ πάσχῃ,
in qua tamen sententia fuisse magnos patres, Tertullianum, Irenæum &
Nazianzenum testatur D. D. Brochm. Syst. Theol. tom. 2. art. de Sa-
cram in genere c. 4 sect. i. p. mihi 1089. Evoluta jam homonymia ad
positionis nostra probationem accedimus & urgemus i. vocem זְבֹחַ
qua habetur Exod. 23, 18 לֹא תָזְבַּח עַל חַמֵּץ רַمֵּז וְבַחַד quam Vulgat
interpres male per immolavit reddidit. Significatio ejus propria est mæ-
ctavit vel mactando effudit, sive id fiat ad mandationem, vel etiam ad
oblationem, adeoq; ipsum oblationis actum secundario notat, de priore
videatur Deut. 12, 15. i. Reg. 1, 19. De posteriore Exod. 20, 24. & in com-
plemento Exod. 24, 5. Licet ergo posterior significatio in locis sat mul-
tis obtineat, insistimus tamen generaliori & propriæ, quam confirmat
etiam locorum omnium & ipsius rei ratio. Si quis dicat חַדְשָׁה verbum
quidem generaliter ita sumi in scriptura, non tamen nomen חַדְשָׁה, quod
non nisi de sacrificiis in codice sacro usupatur. Resp. falsum hoc est, nam
Gen. 31, 54. continetur nomen hoc absq; ulla sacrificii mentione, vid.
jun. in notis ad h. l. imprimis perpendatur locus Ezech. 39, 17. 19. Evi-
dens quoq; II. huic positioni nostræ testimonium præbet caput Exod.
12. ex quo constat agnum paschalem, nec qua celebratinis actum, nec
qua objectum, fuisse sacrificium. Imo in toto hoc capite nullius sacri-
ficii mentio fit. Etiam si autem ἐν τέλεσίας concedatur agnum pascha-

A

lema

lem fuisse sacrificium, nullum tamen in illo patrocinium suæ Missæ invenient pontifici, quod tamen in citato loco Exod. 23, 18. invenire se-
putant. cum agnus ille Paschalis non nisi Christum, manducatio autem
agni manducactionem corporis & sanguinis Christi præfiguraverit.

III.

*Angelus de quo sermo est Exod. 23, 20. 21. 22. § 23.
non est angelus aliquis creatus, neq; arca faderis, sed secunda
persona Trinitatis, ejusdem cum patre essentiae*

Non de re aliqua vulgari hic sermonem esse, sed in signe quid no-
tari, ex vocula נַשְׁמָה asterisco Spiritus S. videre est. Quando enim in
scriptura aliquid bene notandum, diligenter intuendum & conside-
randum proponitur, sæpius scriptores sacri particulis הַנָּה & הַחֹן
V. in N. T. vero id & id utuntur, qua de re vid. Cent. 1. Canon. theol.
Dn. D. Finckij p. 204. & lib. 3. Philolog. S. Dn. D. Glassii p. 441. Præsup-
ponimus autem 1. Deum patrem expresse hic distingui ab angelo illo,
tanquam mitterentem à misso. 2. Vocem מֶלֶךְ nunquam in scriptura
vel patri vel Spiritui S. attribui, sed quoties quidem increatum Ange-
lum notat, soli Filio, qui est מֶלֶךְ פָּנִים Isa, 63, 8 & Mal. 3, 1. Hinc cum prædicata illa, quæ hic de Angelo dicuntur, non-
nisi solius Dei proprias sint, nulli angelo creato ea convenire possunt,
sed angelo cuidam increato, & per consequens soli Dei Filio. Prædica-
ta autem hæc sunt 1. Angelus ille, cuius præsenziam Israelitis promittit,
debebat introducere Israelitas in terram promissam, quod patet ex mem-
bro poster v. 20. ubi causa finalis missionis istius angeli describitur
2. Israelitæ sibi ab eo offendendo cavere, Vociq; ejus obædire debebant v. 21
הַשְׁמֵר סְפִנְיָו וְשָׁמַע בְּקָיוֹו אֶל תְּכַרְבָּנוּ. Ubi simul notamus idem fere, quod hi de Chri-
sto dicitur, dici quoq; de Spiritu Sancto Isa 63, 10. ubi propheta ex-
probrans Israelitarum in gratitudinem & contumaciam, Dicit, הַסְתָּה
מְרוּ וְעַצְבָּרוּ רוח קְרָשָׁנוּ, quia vero insignis hic locus nervosissime ab
Excellentiss. Dn. Præside nuper in prælectionibus publicis explicatus,
illum prolixè hic explicare mihi forte supervacaneum. Hanc
secundam rationem 3. magis etiam confirmatio illa, quæ
Israelitas ad obædientiam & reverentiam illam adducere debebat;
כִּי לֹא יִשְׂא לְפָשָׁעֶם i. e. non remittet vobis apostasiam & prævari-
catio-

cationem vestram, sed severo in vos rebellis animadvertiset, cum sit Deus
fortis, Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios &c. Exod. 20, 5. 6:
c. 34, 6. 7. Et 4. שְׁמֵי בָּקְרִבּוּ Nomen meum est in medio ejus, adeo-
que ille mihi δύοστος, non quasi ille tantum fuerit vicarius & legatus
Dei, ut quidam phrasin hanc expoununt: Sed primum verba sunt Flacii
part. i. clavis script. col. 726. quod ipsa res seu essentia sui erit in eo;
seu quod erit vere Deus, patri consubstantialis. Secundo quia nomen conti-
netur similitudinem, imaginem, notitiam & quasi quandam picturam rei (si-
tut G. Philosophi de cognitionibus & sermone pronunciant δύοιώμενοι
similitudines) ideoque hae phrasis indicat pater, illum angelum ita fore Deum
verum, ut sit etiam substancialis imago at character ipsius. Denique illa locu-
satione indicat Deus, quod licet tota Trinitas sibi nomen Jehovah E R I T paulo
ante initio Exodii assumserit, significaveritque Deum ipsum jam fore illud jam
olim promissum benedictum, at benedicens semen seu Messiam, tamen hac
proprie persona divinitatis, seu hic Angelus, vel potius Archangelus G. Gabriel,
omniumque angelorum princeps sit futurus ille verus Jehovah aut redemptor
ac Messias, qui veram Spiritualemque liberationem peragat, quam nunc pre-
senti eductione ex miserrima Egypti servitute, & traductione per varias
difficultates deserti, ac denique in terram promissionis inductione delineat ac
præfiguret. Ex mente ergo Flacii phrasis haec illa omnia complectitur,
nempe quod angelus ille sit verus Deus, adeoque unus cum patre, Joh. 10,
30. c. 17. 11. εἰνῶν τὸ Θεός ἀρχηγός Coloss. 1, 15. ἀπαύγασμα τῆς δόξης
καὶ χαραγμή τῆς ὑπερέστης αὐτῷ Hebr. 1, 3. quicquid aliquando promis-
siones patribus à Deo de redimehdo genere humano, atque conterendo
capite Satanæ factas præstabit in assumta ex Matia virgine carne &c.
Alias quod nomen Dei sit ipse Deus vid. Deut. 28, 58. Ps. 20, 2. Ps. 115, 1.
Esa 30, 27. Mich. 5, 4. Rejicimus ergo fabulosos judæorum Cabalistas,
qui ubi quererit, quis sit angelus iste, respondent per תְּמוּרָה
i. e. Cabalam, qua literæ transponuntur, quod sit רַכָּל. Recensione
vix digna, multo minus refutatione opinio eorum, qui de alio quodam
angelo creato, vel etiam de arca fæderis illustrem hunc locum exponunt,
quod ab ipsis doctioribus Rabbinis refutatur.

I V.

De eadem quoque persona rectè exponitur locus

Genes. 48, 16.

Quod hebrei in genere de tota scriptura dicunt אֶלְעָזָר אֲפִילוֹן
אֶת אֶלְעָזָר אֲפִילוֹן

אות אחר שאנו הרים זריזים תלוייס בז:

id recte de hoc loco affirmare possumus. Quareitur autem quis sit ille cuius in tam solemnni benedictione & nominis divini invocatione meminit Patriarcha jacobus? Nos ad positionem nostram provocamus, quam confirmant argumenta sequentia 1. Geminatio articuli ה in vocibus רָכָאֵל הַגָּאֵל 2. Coniunctio hujus angeli cum Elohim in solemnni benedictione & invocatione. 3. significatio vocis גָּאֵל, denotat enim talen liberatorem & vindicem, qui iure consanguinitatis motus causam propinquui sui interfecti afferit, ejusq; sanguinem vindicat; Vel qui bona à consanguineo vel donatione, seu etiam venditione, vel quocunq; alio modo devoluta, & contractu quodam implicata, iure proprietatis pristinæ restituit & afferit. In qua significacione vox גָּאֵל nulli angelorum competit, sed soli Christo, qui sicut
τὸν παιδία κενούντες οὐρανὸς καὶ αἱμάτῳ, καὶ αὐτὸς παραστάσιος μέτεργε αὐτῶν Hebr. 2, 14, & propinquus & frater noster factus ἐργάζοντο ιμᾶς εἰν τοῖς ἔχοσιν τὰ σκότως, sub qua captivi tenebamur, sedens jam ἐν δεξιᾷ τῷ Θεῷ, ὃς καὶ ἀντυγχάνει ὑπὲρ ιμῶν Rom. 8, 34.
4. Voces illæ דְּבָרִים von altem übel, At liberatio & vindicatio ab omni malo, minus recte competit Angelo creato. 5. Qui ita benedit pueris, ut non solum in immensam multitudinem more piscium crescant, sed etiam, ut siant veri Israelitæ, h. e. non solum externum titulum & nomen Israelitarum possideant & tantum sint τέκνα οὐρανῶν, sed etiam τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, is est verus Deus. Angelus de quo hic sermo est, est is qui ita benedicere debebat pueris istis. E. est verus Deus. Repudiamus proinde contrariam sententiam, quæ de angelo creato locum hunc ex ponit. Objicies, Extra negotium redemptiois & incarnationis, quando non agitur de filio Dei in carnem propter salutem nostram mittendo aut misso, sed ut hic de rebus longe aliis, de prosperitate videlicet uni vel alteri personæ conferenda, non satis tutum esse Filium Dei angelum, i.e. nuncium, legatum, sive quod idem est, ministerum vocare. Ut enim in creatione & conservatione, sic quoq; hic in conferenda Ephraimo & Manassi felicitate, non est nuncius aut minister, sed cum patre causa princeps, pars potestatis. R. i. Ut in cæteris locis scripturæ, in quibus Spiritus S. nobis συγκατέβαίνει, & res sublimes seu Mysteria sua procedere solemus, ut scilicet terminos illos ab omni imperfectione purgemus,

cum

eam Apostolo Paulo 1. Cor. 2, 13. πνεύματος τριθυρίος ἔργα εἰρ-
νεῖ; ita quoq; in talibus locis, in quibus vox **אֵלֹה** Filio Dei attribuitur,
non statim rationis nostræ ductum secuti pucemus, eadem ratione, Christo,
qua angelis competere, nam accurate videndum in talibus locutionibus, ne
quid vile abjectum immundum & indecens sanctissimæ Majestati illi attri-
buatur. Ut ergo **מֶלֶךְ בָּנָיו** ita dicuntur à munere tali, quod græci per
ἄρχοντα exprimunt, unde & ipsorum ἄρχοντα, quod Paraphrasta Chal-
dæus in Hagiographorum Thargum & Latinus civitate sua donarunt, quod
nimirum Deus ipsorum ministerio utatur in annoucianda & exponenda
hominibus voluntate sua, semper enim ἄρχοντα εὐ ργονοῖς βλέποντες τὰ
πρόσωπα τῶν πατέρων, εἶτα οὐκέτι ξενιόντων, Joh. 1, 13. Hinc apud Esaiam cap. 62,
10. vocatur **סֶלָמָן** Dei Icilicet, non quod tali, quali reliqui angeli
modo videat faciem Dei, nec etiam ob hanc rationem tantum, ut quidam
volunt, quia scilicet est ille, qui visibili specie, columna sc. nubis & signis
Israelitas in deserto doxit, & faciem Dei populo conspicuam reddidit, sed
etiam quod exactissime faciem patris referat, est namq; **χαρακτής τῆς**
πατρὸς αὐτοῦ Hebr. 1, 3 & εἰκὼν τῷ Ἰησῷ αὐτῷ Colos. 1, 15. In quo
tanquam in speculo patrem & voluntatem ejus agnoscimus Joh. 14, 9. 10.
Urgemus & regulam nostrorum Theologorum, quæ hac est: Quotiescumq;
verbum vel nomen deductum à **אֵלֹה** ipsi Deo tribuitur, cum immediate de se-
cunda persona Trinitatis (excipimus paucos quosdam locos) intelligendum
est, nempe de Filio Dei, qui id eo homo factus est, ut nos sub potestate Satanae
renundatos redimeret suoq; regno vindicaret, itaq; ejusmodi omnes loci V. T.
confirmarent fidem de incarnando Filio Dei, & in carne redemptionem gentium
humani per sanguinem ejus peracturo. Noverat ergo pientissimus Patriarcha
& in mentem sibi revocarat divinas promissiones Abrahamo Gen. 12, 3 c. 18,
18 c. 22, 18. Isaaco Gen. 26, 4 & sibi ipsi quoq; datas c. 18, 14. quod nempe per
& in semine eorum Christo videlicet, omnes gentes bene dicentur, ideo
etiam tam devote orat, ut **הַסֶּלָמָן** seu semen illud benedictum
pueris benedicere velit, quippe quod unica omnis benedictionis & salutis
causa est. Nam ἐκ ἑτούτου αὐτῷ τῷ χρόνῳ. σωτηρία, καὶ δὲν διάνοια ἐστίν
ἔπειτα τῷ τοῦ χριστοῦ τῷ δεδομένῳ τῷ ἀνθρώποις εὐ ωδεῖ σωτηρίαν οὐας
Act. 4, 4. Vi ergo dñe regula sanctissimus Patriarcha simul mysterium
incarnationis innuit. Neq; 3. De felicitate tantum corporali Ephraimo &

וּמָרָא בְּרֹם
Manassî conferenda agitur, quod patet ex his verbis
שְׁמַיִוְשֵׁם אֶבֶן אֶבֶן יְצָהָר שְׁמַיִוְשֵׁם אֶבֶן אֶבֶן
quibus verbis effectu benedictionis, in-
nuitur, qui est ut ipsi fiant veri Israelitæ, ἐν ταῖς τοῦ Ισραὴλ, ἐν τοῖς Ισραὴλ,
ἐδόπιοι εἰσὶ σπέρματα Βεργάρων, πίνκα τῆς ἐπαγγελίας Rom 9,6 7,8. Minus
quoq; 4. probabile est, Jacobum tantum optare, ut Angelus ille adolescen-
tulos illos protegat, ad obtinendum enim tantum benedictionis effectum,
non solum votum, sed simul ardentissima oratio requiritur, quam Patriar-
cham, cui jam ultimus instabat dies, in hac augustissima benedictione in-
termissee vix credibile est. Cum ergo scriptura, qua Angelorum omnisq;
creatüræ invocationem pro idolatria habet, nobis hac in parte præear, &
in multis locis, etiam extra negotium incarnationis, Christo καὶ ἐξοχὴν
angeli nomen attribuat vid. Gen. 16, 10. 13, tuto eam sequimur, nisi scien-
tes talia angelis creatiis attribuere velimus, qua non nisi soli Jehovæ & Do-
mino dominantium competunt. V.

Iiphae non immolavit filiam suam.

A critor hinc disceptant interpres tam veteres quam recentiores. Quamvis autem insignem hujus viri temeritatem in vovendo nos non defendamus, sed potius valde improbemus, minus tamen nos cogit necessitas, ut dicamus Iephatachum filiam suam in holocaustum obtulisse Nam repugnat 1. ipsius Dei mandato, qui nunquam offerri sibi in holocaustum jussit hominem vid. Lev. 1, 2, ubi omnes holocausti recensentur species scilicet bos, ovis, capra, turtur vel columba, nulla plane hominis mentione facta. In 2. toties tale holocaustum dominavit, quoties Iudeos Moloch filios & filias suas offerentes redarguit, vid. Lev. 18, 21. c. 20, 2 Jer 7, 31. c. 19, 5 c. 32, 35. Evidet 3. id ipsius textus & historiae circumstantia vid vers. 39 40. & 41 ubi expresse dicitur, quod petierit spatium bimestre deflendi in montibus non morte, sed **על** quo exacto, pater votū suum excutus est, non ut offerretur in holocaustum, sed ut virtus non cognosceret, seu per, vitam innupta unice sepe Domino & ejus cultui manciparet. Causa autem hujus fletus fuit opprobrium, quo se filia iephatachi hoc patris facto affici purabat, nam æque apud Iudeos virginib[us] opprobrio erat noti nubere, quam maritatis ~~æterna~~ **חַרְפַת הָאֲשָׁה** Hi[n]c eleganter dicit insignis ille Rabbinoru Kimchius **בֶּלְלִי** בעל Patet quoq; hoc 4. ex more illo, qui postea apud virgines Israeliticas obtinuit, quod sc. quotannis iverint **וְלֹנְחָמָה** ad confabulandum cum filia Iephatachi vel ut **רַדְקָה** exponit i.e. ad alloquendum eam & consolandum eam, vid. jud. 5, n. ubi **idem**

idem verbum רְנֵה in hac significatione occurrit. it. Deut 6,7. ubi hebreum Chaldæus per שָׁנָה expressit. Minus igitur rectè Chaldaeus רְנֵה cum reliquis interpretibus lamentandi significationem huic voce in esse volunt. Nec adversæ sententiae patroni ullum patrocinium inveniunt in vers. 33. hujus cap. particula enim nibi non copulativa, sed dijunctionis est, & sensus est: Et erit quondam q; egredietur primum foribus domus meæ obviam mihi, eum revertar cum pace ab Hammonitis, aut erit jehovæ, aut offeram illud in holocaustum, i. e. aut consecrabitur jehovæ, & cultui divino dicabitur, ut perpetuo serviat Domino, si scilicet si homo, aut immolabitur sc. si sit animal, quod ex lege immolari possit. Pluta de hoc loco videantur apud Dn Franzum de interpret. Scripturæ. orac. 71. à p. 556 ad p. 559. & Sixtin. Amat. in Antibarbaro biblico p. 610.

VII.

Litteræ, puncta & accentus ab ipso Deo originem suam habent, nec vel in vel post captivitatem Babyloniam codex sacer periit, vel quæ litteras passus est mutationem, nec postea quæ vocales additionem, sed ut ab ipso Deo medianibus sanctis Dei hominibus ad nos per venit, ita & hodie apud nos talis est.

Biblia sacra durantis adhuc Veteris Testamenti seculis intercidisse, penitusq; amissa fuisse, non solum ante captivitatem Babyloniam, sed & in ea una cum templo universam scripturam interiisse & combustam esse, & postmodum ab Esra reparatam, Spiritu S. ei dictante & regente omnia, sicut antea fecerat sanctis Dei viris, multi magni viri sibi & aliis persuadent. Verum contrarium nobis sua det. ipsa divina providentia, quæ hac in parte labefactaretur, si scriptura ullum passa fuisset interitum, si namq; divina providentia in id incubuit semper, ne ulla particularis corruptio, quoad ea, quæ fidem & iures attinent, irreperet in sacrum codicem, multo minus permittere ea potuit, ut universus codex vel incendio vel aliquo alio modo totaliter periret. Urgemus locum Dan: 9, 2. ubi dicitur quod Daniel ex libris tum jeremiæ cap. 25, 12. c-29, 10. tum ex historiis Temporum, quæ à deportationis initio effluxerant, cognoverit numerum durationis exilio Babylonici, non ergo totalis interitus facti codicis statui potest. 3 producimus caput Esra 7. vers. 8, ubi Spiritus S. mentionem initia legis Domini, quam Esras habuit בּוֹרֶךְ sub manus sua, unde & cap. eodem versic. 6. vocatur רְפַס מִהְרֵב תְּרוֹתָה מְשָׁחָה & vers. 11. pe-

tius

titus præceptorum iehovæ & statutorum ejus in Israele, ratio additur ibid.
vers. 10. quod ipse comparaverit animum suum אלהות הָרָשׁ, i. e. ad diligenter scrutandum eam, & investigandum ejus verum & genuinum sensum. Convenit enim verbum שְׁרֵד haç in parte cum græco εἰπεῖν
quo Christus Joh. 5, 39. utitur. Quivis ergo ex hic videt, Esra ad hoc
in captivitate Babylonica hærenti non defuisse canonem sacrum hebræum,
quem diligenter evolvit & noctes atq; dies in eo meditatus est. Quin
4. si insignis talis mutatio facta est codicis divini, qui sit, quod Spiritus S.
eam plane reticeat, cum alias tam accuratam mentionem faciat omnium
eorum, quæ vel circa vel in vel etiam post reversionem ē Chaldaea apud
judæos evenere. Sic mentio sit Esra 1. Vasorum, quæ Rex Cyrus restituerat
judæis. Cap. 2. exactus definitur numerus eorum, qui ascenderunt ē capti-
vitate in terram sanctam. 3. indicatur mensis & annus, quo cepta est restau-
ratio templi & quomodo Sacerdotes celebrarint jehovam, cum funda-
mentum templi poneretur, sic quoq; ulterius describitur qualem ædifica-
tio hæc habuerit progressum, quomodo ab hostibus impedita, postea re-
assumta, & tandem feliciter ad finem perducta fuerit. Nec tamen vel unica
& minima literula talis mutatio indicatur, cum tam en eam, si facta
fuisse, tanquam maximum, quod tunc temporis accidisset miraculum,
Spiritum S. voluisse reticere plane probabile non est. Plura adhuc præter
hæc suppeditat argumenta Dn. D. Walth. in Officina sua Biblica p. 412.
& sequ. Unicus præprimis à contraria sententia assertoribus urgetur lo-
cus Dan. 4, 4. ubi Nebucadnezar Rex Danielē cum tribus sociis suis ju-
bet institui in כֶּסֶף וּלְשׁוֹן כְּשִׁיר Ergo si Daniel inquit didicit lite-
ras & linguam Chaldaeorum, utiq; diversos Characteres ab Hebræa habet
Chaldaica lingua, & per consequens hodierna litteræ sunt Chaldaica R.
negando consequentiam. Aut enim pares utraq; lingua habuit characteres
aut diversos, si diversos, inverta argumentum & dico per eandem con-
sequentiā, Ergo litteræ, quibus textus aliquot sacri Chaldaice hodie de-
scripti sunt, in canone sacro non sunt Chaldaeorum, sed hebræorum: Si
vero pares fuere Characteres, per כֶּסֶף in loco allegato non intelligitur
Character, sed potius artes Chaldaeorum, sicuti recte vocem hanc expo-
nit Lutherus ad v. 17. hujus capititis, Schrift/ daß ist sie lerneten allerley
Künste/ so ben den Chaldeern waren geschrieben. Tandem quod illam
questionem attinet de antiquitate punctorum, num ea à Masorethis Tibe-
riensis inventa sint? quod nos vel maxime negamus, videantur argumen-
ta à parte nostra apud Dn. D. Glass. philol. S. lib. 1. tract. 1. p. 17. 18. Exam-
naturi argumenta contraria in ipso confliktu. Et hic esto positi-
num nostrarum.

M E M O R I A



idem verbum נָהַר in hac significatione occu-
um. Et Chaldaeus per שְׁגָנָתָה expressi-
dæus נָהַר cum reliquis interpretibus lam-
huic voci in esse volunt. Nec adversæ senti-
tio inveniunt in vers. 33. hujus cap. parti-
lativa, sed disjunctiva est, & sensus est: erit quo-
foribus domus meæ obviam mihi, cum reverta-
tis, aut erit jehovæ, aut offeram illud in holocau-
tur jehovæ, & cultui divino dicabitur, ut perpetu-
et sit homo, aut immolabitur sc. si sit animal, que
Pluta de hoc loco videantur apud Dn D. Franzio-
orac. 71. à p. 556. ad p. 559. & Sixtin. Amam. in A.

Vl.

Literæ, puncta & accentus ab ipso
habent, nec vel in vel post captivitatem E.
periit, vel quâ luceras passus est mutationem
eales additionem, sed ut ab ipso Deo mea
hominibus ad nos per venit, ita &
zalis est.

Biblia sacra durantis adhuc Veteris Testar-
penitusq; amissa fuisse, non solum ante captivi-
& in ea una cum templo universam scripturam
esse, & postmodum ab Esra reparatam; Spiritu
te omnia, sicut antea fecerat sanctis Dei viris, m
persuadent. Verum contrarium nobis suadet. ip
hac in parte labefactaretur, si scriptura ullum f
namq; divina providentia in id incubuit tempe-
ructio, quoad ea, quæ fidem & memores attinent, irre-
multo minus permittere ea potuit, ut universus c
quo alio modo totaliter periret. 2. Urgemus loco
quod Daniel ex libris tum jeremiæ cap. 25, 12.
Temporum, quæ à deportationis initio effluxe-
rum durationis exili Babylonici, non ergo tot
statui potest. 3. produxitus caput Esra 7. vers. 8
nem ianuic legis Domini, quam Esras habuit
בָּרוּךְ מִשְׁהָ כֹּהֵן מֶלֶךְ יִהְיֶה
cap. eodem versic. 6. vocatur.



ubi hebre-
rectè Chal-
ificationem,
ullum pa-
ni non copu-
tur primum
Hammoni-
consecrabi-
no, si scili-
olari possit.
Scripturæ
lico p. 610.

m suam
dex sacer
a quâ vo-
tus Dei

tercidisse,
cam, sed
ombustam
& regeren-
sibi & aliis
entia, quæ
ritum, si
olaris cor-
codicem,
lio vel ali-
bi dicitur
x historiis
rit nume-
ti codicis
mentio-
, unde &
ts. ii pe-
titus